5 de Mayo de 1654

N. 190.
1-361-90

GOBIERNO
DE ARAGON

Ego Joannes Michael Jocavell agricola
loci de Finestret dioc. Elnen. gratis et confiteor et recognosco
vobis Michaeli Sabater agricolae loci de Joch dicta dioc. praesenti
quod numerando realiter et de facto in notarij et testium in-
frascriptorum praesentia dedistis et tradidistis mihi egoque a
vobis habui et recepi centum et decem libras monetae Rossilionis
pro quibus sive quarum pretio per me et meos assumo onero et
in carrico super me et bonis meis generaliter et specialiter et
expresse super petia terrae infra totum illud censuale consi-
milis pretij et pentionis annuae quinque librarum et decem soli-
dorum dictae monetae quod vos facitis et praestatis annis singu-
lis die seu festo Paschatis resurrectionis domini beneffitio sub
inuocatione sanctorum Petri et Pauli in altari ejusdem in-
uocationis capellae castri de Joch instituto et fundato per quondam
Don Raymundum de Perellos super domo vestrae habitatio-
nis sita in dicto loco de Joch quae est medietas domus quae
fuit Michaelis Mauri quondam agricolae dicti loci de Joch quod quidem
censuale est medietas illius majoris censualis pretij sive propri-
tatis ducentarum et viginti librarum et pentionis annuae unde-
cim librarum quod dictus Michael Mauri specialiter super
dicta tota domo cujus medietatem tenet et possidet Michael
ventalo filius et heres Petri ventalo quondam agricolae dicti loci et ge-
neraliter super omnibus et singulis illius bonis faciebat et prae-
stabat dicto beneffitio quam quidem domum post mortem
dicti Michaelis Mauri Jacobus Barrera agricola loci de Mar-
quexanes alter ex tutoribus et curatoribus Joannae et Elisabe-
tis filiarum dicti quondam Michaelis Mauri et procurator et actor
Petri furter quondam agricolae villae de Bulaternera etiam tutoris et
curatoris dictarum Joannae et Elisabetis vendidit Bernar-
do Sabater Patri vestro et Gratiae ventalo viduae quondam matri dic-
ti Petri ventalo constat de dicta venditione cum instro recep-
to per Joannem Petrum lluch quondam notarium villae de Illa die
vigesima tertia mensis Augusti anno millesimo quingentesimo
nonagesimo secundo quiquidem Bernardus Sabater et Gra-

tia venta lo ex pratio dicta venditionis dicta domus cui ut predicitur facta assumpserunt oneraverunt et incarricarunt equaliter dictum et supramentionatum majus censuale Et ideo quoniam ... Convenio et promitto vobis ac dicto beneffitio et pro eo Illustrissimo domino francisco Montagut presbitero dictum beneffitium obtinenti licet absenti et notario ... dare et soluere eidem et successoribus suis in dicto beneffitio dictam et supramentionatam medietatem dicti majoris censualis et seu ejus annuas pentiones franchas ab omnibus expensis absque damno et missione vestris et a solutione et prestatione ejusdem medietatis censualis tam in pretio quam in annuis pentionibus seruare et liberare vos et bona vestra Indemnes et indemnia ac penitus sine damno sine aliqua videlicet dilatione ... cum salario procuratoris assueto Vltra quod ... missiones ... Credatur ... Et pro his ... obligo vobis et dicto doctori francisco Montagut nomine dicti beneffitij specialiter quam et expresse hypotheco Quendam campum cum oliuis in eo radicatis situm in terminis de Soch et in adjacentia Sancte Columba de finestret loco dicto a Cassanyes continentem in se duo jornalia terra parum plus vel minus qui quidem campus vocatur lo Camp del forn Et terminatur ab oriente cum tenentia Petri Antonij Pages et cum tenentia Jacobi Sabater alias valent a meridie cum recho majori et cum alia tenentia dicti Pages et cum tenentia Joannis Michaelis Sabiuda ab occidente cum tenentia dicti Sabiuda et cum tenentia Jacobi Morer et a Circio cum tenentia dicti Morer Et generaliter sine prejuditio dicta specialis obligationis obligo vobis et dicto doctori francisco Montagut nomine dicti beneffitij omnia et singula bona mea mobilia ... Renuntians quantum ad hoc legi ... juridicenti quod prius transcurdum sit per specialiter quam per generaliter obligata Et alij quod quandiu potest Creditor de speciali hypotheca sibi satisfacere manum ad alia non extendat renuntio etiam legi siue juri dicenti delationem juramenti ante sui prestationem posse reuocari seu non valere Et foro meo proprio et ipsius fori priuilegio submitens et supponens me et bona mea foro et jurisdictioni magnificorum vicariorum Confluentis et Rossilionis ac bajuli villa Perpiniani et eorum curiarum Et alterius ... cum facultate variandi juditium Et omni juri ... Et facio et firmo

scripturam tertij sub pena tertij in libris terciorum dictarum curia-
rum obligando proinde omnia et singula bona mea mobilia et
cuique fiat cum constitutione procuratorum assueta Et ut ipsa
Juroque Haec igitur quae Actum est hoc in castro de Joch Die
veneris quinta mensis Maij anno a natiuitate Domini Mille-
simo sexcentesimo quinquagesimo primo. x:

Testes sunt Eudaldus Bru Theologiam pro-
fitens et Joannes Vives de familia Egregij Do-
mini vicecomitis. x:

In quorum aliena manu scriptorum fidem Ego Josephus
Calmella apostolica atque Regia auctoritatibus notarius publicus
Villae Vinçani terrae Confluentis diocesis Elnensis hic me subscri-
bo et quo utor appono Sig+num. x:



1491

Acte de consell que fa per
lo benefici de St Pere y St
Pau fundat en la capella
dal castell de Loch

Joseph Benefici- [redacted]

Mo [redacted] — θ

Nº 89

5

Nº 348.